



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LIV. Markgraf Woldemar vereignet zu seiner und seiner Vorfahren Gedächtnißfeier dem Kloster Chorin, wo seine Vorfahren ruhen und wo auch er sich sein Begräbniß bestellt, die Dörfer Goltze, Buchholtz ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

LIV. Markgraf Woldemar vereignet zu seiner und seiner Vorfahren Gedächtnißfeier dem Kloster Chorin, wo seine Vorfahren ruhen und wo auch er sich sein Begräbniß bestellt, die Dörfer Goltze, Buchholz und Groß-Ziethen, am 14. August 1319.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Hominum acta temporalia plerumque detergeret mater erroris obliuio, nisi ea scripturarum amminiculis firmarentur et sic memorie defectui mederetur. Hinc est, quod nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, volentes dies ultionis extreme, quantum sufficimus, piis operibus preuenire, tuba apostolica eruditi, quod omnes stabimus ante tribunal cristi, mercedem, prout in vita gesserimus, recepturi; Tenore presentium ad uniuersorum volumus notitiam peruenire, quod monasterio Korinenfi Brandenburg. dyoc., infra cuius septa nostrorum predecessorum corpora requiescunt et nostrum, cum de medio sublato fuerimus, volumus tumulari, proprietatem trium villarum dedimus et per presentes conferimus et donamus videlicet ville Goltiz, ville Bocholt ac ville magne Scyten et specialiter in villa Goltiz iudicium examinis alti et bassi pro salute animarum nostre nostrorumque progenitorum, in perpetuum proprietatis jure pacifice possidendam. Renunciantes in solidum et expresse omni juri ac utilitati, quod vel quam nobis in predictis villis possemus quomodolibet vendicare. Ne igitur nostris successoribus legitimis vel datiuis super hac donatione, a nobis ex mera liberalitate nomine elemosine facta, ut premititur, valeat aliqua dubitatio suboriri, presentem literam dicto monasterio dedimus ex certa nostra conscientia scriptam et nostri sigilli munimine roboratam. Datum et actum in ciuitate nostra Bernwald, in vigilia assumptionis beate Marie virginis, presentibus nostris fidelibus ad hoc specialiter euocatis, venerabili patre domino Henrico, Huelbergenfis ecclesie Episcopo, domino Gunthero, Comite de Keuernberc, Droisekone, Johanne de Blankenborg, nostris dapiferis, Redekino, nostro Marscalco, Wedigone de Wedele, domino Euerhardo, Berlynensi, et Waltero, Pozwalcensi prepositis, cum pluribus fide dignis, sub annis domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIX<sup>o</sup>., loco et die supra dictis.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerckens Cod. II, 457.

LV. Fürst Heinrich von Mecklenburg bestätigt dem Kloster Chorin den Besitz von Groß-Ziethen, das dem Kloster von dem Ritter Redekin verkauft ist, am 22. Juni 1320.

Nos Henricus, Dei gratia Magnopolensis et Stargardie Dominus, tenore presentium publice recognoscimus presentibus protestantes, nostrum dilectum militem et famosum Redekinum, quondam domini Woldemari, Marchionis Marscalcum, viro religioso domino Heysoni, Abbati cenobii Chorin, suisque fratribus ibidem domino famulantibus villam Groten Sciethen cum omnibus suis attinentiis, videlicet censu et pachtu omni que exactione et precaria, cum feruitiis equorum et curruum, que wlgariter Herendenyft vel houedenyft nuncupantur, vel quibuslibet aliis seruiis, quocunque vocentur nomine, atque cum jure superiori et ymo, agris cultis et incultis, cum fundo et superficie, cum pascuis, paludibus, pratis, rubetis, siluis, nemoribus, stagnis, aquis currentibus aut mortuis, inundationibus aquarumque decursibus et accursibus, piscaturis, mo-